









1768.

1. Ortel, Frider. Christianus Gottlob: *De violencia rerum nostrarum defensione*.
2. Belliye, Gottlob. Euseb: *An et quatenus usus ex iure, a quantitate donatore, exigi possint, secundum ius Romanum et hodiernum in Germania?*
3. Reichardt, Dr. Augustus: *De statibus provincialibus communis variis iuribus*.
4. Schödermantel, Henricus Gottfridus: *De iustice causis libigosae successioneis in regno. Commentatio I: II*
5. Schödermantel, Henricus Gottfridus: *De Russia Poloniae auxiliatrix*.
6. Schödermantel, Henricus Gottfridus: *De noni feudali: inter gentes*.
7. Walckius, Carl Frider. Dr. jurisconsult. Decanus: *De genuina forte distinctionis inter factum ministrum et incriminatum in nemissi. Carolina Art 131 et tit. 6. Sec.*

1768.

9. Walckius, Carolus Fridericus: *De querela in officiosae dom-  
litionis prescriptio*.

10. Ortelius, Petrus. Chist. Gottlob: *De vindicta private.*

11. Walckius, Carolus Fridericus: *De infante herede.*

1769.

1. Hellschmidt, Carolus Fridericus: *De lethaliitate vuln-  
rum capitum in iugibus rebus rebus natis.*

2. Peltz, Gottlob Eus.: *De actione reali et rerum quæcumque  
que possessorem non competente.*

3. Reichart, Dr. huc: *De iure statuum provincialium* 9. K.  
*concurrenti circa legislatoriam potestatem.* 2. Saemt

Reichart, Dr. huc: *Theses juris criminalis que  
pertinet; delinqüentem, regne corporum neque conscriptum  
quecumque possessorem non competente. Programma.* 10

*condamni posse.*

5. Schmidt, Dr. huc. Sennum, V. d. Ich. Decanus: *Programma:  
4. De metropolitie ecclesiastica, & qua est metropolitam politicam  
et inde ad urbem libertatem conditam potest?* 11.

1769

6. Schaeburg, Thesaurus Smaragdus, I. R. T. Comes et al. Dyzesta:  
De episcopo minorum.

7. Ulrich, Dr. iur. Hes.: s. Gramma cante artibundae sive  
Institutione iureis in sancchoribus placitis illustrander ac  
dependentis ostendit. Multique docendi manus . . . h[ab]it  
dam et datum . . . in dicit.

8. Walchius, Carol. Frider., Ord. iuridens. Decanus? Progymnas.  
De privilegio papilli 119. Dr. reb. auctor. iud. patr.  
q[ui]as horae deveniato"; q[ui]as Li. Friderici Günther  
disputationem in ang. . . in dict.

9. Walchius, Carolus Fridericus: De hypotheca pupillorum  
ac minorum fidelis secunda tracta.

10. Walchius, Carolus Fridericus: De contracta pignoratio  
Hamburgensis.

11. Walchius, Carolus Fridericus: De iure creditoris multe  
et pignorate.

12. Winterbach, Christ. Gauth.; a: De obligacionibus juriisque  
parentum et liberorum erga se invicem et cumque funda-  
mentis, q[ui]a gratulator

17. Aug 20 und 1. 9. } gebaut und die See  
J. Willis, unter Führung : ) gebaut und die See  
Long perspective : *the horizon line is*  
Line of sight and distance of eye  
10. Perspective : *the eye distance is represented*  
11. Willis, who calls *the eye distance* *horizon*  
12. *Horizon* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
13. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
14. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
15. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
16. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
17. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
18. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
19. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*  
20. *Visual angle* *is* *represented* *as* *a* *circle*

1769,5 44  
17

PROGRAMMA  
DE  
**METROPOLI ECCLESIASTICA,**  
A QVA AD METROPOLIN POLITICAM ET  
INDE AD VRBIS LIBERTATEM  
CONCLVDI POTEST:

QVO  
PRAENOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI  
**IOANNIS IACOBI SIEVERT,**  
HAMBVRGENSIS  
SOC. IFENNENS. TEVTON. COLLEGAE HONORARI  
SOLEMNEM DISPV TATIONEM


DE  
**CONTRACTV PIGNORATITIO**  
HAMBVRGENSI

DIE XVII. IVNII, HABENDAM INDICIT

**IOACH. ERDMANN SCHMIDT, D.**  
IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS PROFESSOR PVBLICVS  
ORDINARIVS, ORDINIS ICTORVM ASSESSOR, CONSILIA-  
RIVS AVLICVS SAXO-VINARIENSIS,  
H. T. DECANVS.

---

IENAE  
LITTERIS STRAVSSII



### §. I.

Sua cuique prouinciae in orbe Romano vrbs erat, capiunt reliquarium, in quo refores prouinciae sedes habebant suas, magistratusque constituti erant, quorum curae, quod ad prouinciam administrandam pertinebat, commissum erat. Metropoles dictae eiusmodi vrbes, quae praecipuis praefatis reliquis gaudebunt iuribus. Quare factum est, ut, si qua ciuitas opibus vel alia re efflueret, ad dignitatem, iuraque metropolios adspiraret, id quod a Beryto factum testatur *I. vn. C. de metrop. Beryto.*

### §. II.

Qui ecclesiae in metropoli praerant episcopi, ab urbis dignitate appellari sunt metropolitani. Hos in minorum ciuitatum episcopos nihil potestatis initio ecclesiae christianaee habuisse, sed, ut quisque ordinatus erat, locum inter se tenuisse obseruauit *Maseonius de primat.*

### §. III.

Neque tamen diu in hac aequalitate perstittit ecclesia. Mox enim ab episcopis in agris minoribusque prouinciae urbibus constitutis ad metropolitanum eiusque clerum propter eruditionem morumque sanctitatem recursum, eoque paulatim effectum est, ut in

3

in prouinciae episcopos potestatem habere inciperet metropolita-  
nus eiusque ex metropoleos, in qua sedebat, dignitate a estimare-  
tur auctoritas, vid. CASP. ZIEGLERVS *de episcopis c. 4. §. 20. seq.*

### §. III.

Hi mores Imperatorum constitutionibus et conciliorum decre-  
tis in ius scriptum abierunt. Metropolitanus, ait *L. 29. §. 5. C. de  
episc. audent*, vocatur, qui in episcopos minores, id est, annotan-  
te DION. GOTHOFREDO, in episcopos minorum ciuitatum ex sacris  
regulis potestatem habet.

### §. V.

Hinc fluxit opinio, archiepiscopi sedem: metropolitanus enim  
hoc etiam nomine veniebat, non nisi in metropoli politica locari  
posse.

### §. VI.

Quare in erigendo archiepiscopatu ea prima cura erat, vt se-  
des archiepiscopi esset metropolis. Ex quo quidem liquere arbit-  
tror a metropoli ecclesiastica concludi posse ad metropolin poli-  
ticam, seu quod idem est, metropolin ecclesiasticam fuisse etiam po-  
liticam.

### §. VII.

*Ex Othlono in vita sancti Bonifacii obseruauui, Francos hoc esse  
imitatos, vt Archiepiscopos imponerent metropolibus.* Quum  
enim Carolomannus et Pipinus, Bonifacio, hucusque archiepisco-  
po regionario sedem fixam dare decreuissent, praecipue ad Mogun-  
tiam respiciebant, quae Germaniae primae erat metropolis. Id  
quod commode primum fieri non poterat: quia hanc sedem tunc tem-  
poris episcopalem occupabat Gewiliebus. Colonia Agripina, igitur  
Germaniae seundae metropolis Bonifacio destinabatur; breui vero  
post quod ordinis sui oblitus arma gesserat Gewiliebus, sedemque  
episcopalem Moguntiae amiserat, Coloniae praetulerunt Mogun-  
tiam, ibique primam in Germania Francica constituerunt sedem  
archiepiscopalem.

)( 2

### §. VIII.



## §. VIII.

Deuictis a Carolo Saxonibus, propositum sibi habebat in partibus transalbinis erigere metropolim ecclesiasticam; sed morte praeuentus propositum non effecit, ideoque filius eius Ludouicus, quod pater non potuit, opus perfecit: vid. *Diploma fundationis* apud LINDEBROGIVM pag. 125. et apud LAMBECIVM in *Origin. Hamburg.* pag. 35. Exemplar tamen, quo usus est LINDEBROGIVS, interpolatum fuit: Gronlandia enim et Islandia, quarum diploma meminit, in Francia Orientali tunc cognitae nondum erant. Genuum magis est illud, quod edidit PHIL. CAESAR in *Triapost: Septent.*

## §. VIII.

Hamburgum ergo in Saxonia transalbina metropolis politica fuit, cui et tuendae et regendae impositus Bernarius Comes erat. Quo quidem comitis imperio nihil urbis libertati vel, quod aiunt immedietati detraictum est. Comes enim imperatoris magistratus erat, nec iure dominii urbem tenebat.

## §. X.

Obstare urbis antiquitati et splendori communis de urbis origine videtur opinio, Eginhardi et Alberti Stadensis testimoniis probata, Narrat enim Eginhardus ad annum 808. Carolum aedificasse in ripa Albis castella duo quorum alterum, Hochbucki dictum a Wilzis captum et dirutum est quod Carolus missus in Linones exercitu reaedificauit. Hunc sequutus Albertus Stadensis ad eundem annum Hochbucki interpretatur Hamburgum, quam quidem explicacionem suam facit LAMBECIVS in *orig. Hamburg.* pag. 2. sed erravit Albertus Stadensis, Hochbucki esse Hamburgum, Neque enim Wilzi Hamburgo vicini erant: habitabant enim in ripa veteri Marchiae opposita, nec Linones, quorum memoria adhuc hodie in multis locis Marchiae mediae supereft, vt adeo Albertus Stadensis ex rationibus geographicis erroris arguatur. Accedit, nomina Buck et Hohenbuck adhuc hodie in Marchia veteri et Ducatu Magdeburgico supereft.

## §. XI.

§. XI.

5

Vitimo loco prætereundum silentio non est, exstare insignia comitum priuilegia, quibus Hamburgum exornarunt, ex quibus haud temere coniici posse existimant, vrbe non fuisse immediatam, sed eiusmodi argumentum non nisi historiae medii aevi ignariss obtrudi potest. Notissimum enim est, comites qui olim iure magistratus iura Imperatorum exercebant, plurima horum iure proprio acquisuisse, vrbe, in qua residebant, semper manente libera. Ex acquisitis quaedam viribus ex variis causarum figuris concedere solebant. Neglecta haec fuere argumenta in controuersia cum Hollatis, quam conuentione cum vrbe nuper facta sopitam in aeternum fore non immerito speratur.

Haec ideo praefatus, vt solemnem disputationem

PRAENOBILISSIMI ET DOCTISSIMI

IVRIVM CANDIDATI

IO. IACOBI SIEVERTI

HAMBVRGENSIS

indicerem, cuius vitam, ab ipso conscriptam, vt, quis sit, quae vita eius ante acta aut quae studiorum ratio, cognoscatur melius, ex moribus scriptio meae adiungo.

Ego IOANNES IACOBVS SIEVERT natus sum A.R.S. cccc  
cxlv. die 1. Februar. et quod præcipuum summi numinis munus acceptum refero, primam huius vniuersi lucem adspexi Hamburgi, vrbe illa ob amplissimorum cum exteris gentibus commerciorum frequentiam et præstantissimorum ingeniorum celebritatem ad inuidiam usque florentissima clarissimaque, iuxta Albim sita, et sacri Romani Imperii Germanici libertate ornata atque munita. Parentes nactus sum IOANNEM IACOBVM SIEVERTVM, mercatorem Hamburgensem spectatissimum, patrem optimum, cuius et quae a carissima matre IOANNA MARGARETHA, IOANNIS PAVLI DABELSTEINII, vitae et conditionis honestoris olim ciuis Hamburgensis filia, in me collata sunt pœacularia,

)(3

merita,



merita, dignissimis laudibus hic enumerare, instituti ratio prohibet.  
 Optimi hi parentes me tenera adhuc aetate iis artibus, quibus  
 puerilis aetas impertiri solet, tam in aedibus praceptorum priua-  
 tis, quam institutione domestica, imbuendum curarunt. Quam  
 primum vero propter aetatem ingenique maturitatem fieri potuit,  
 scholam, quae sub Ioanne nomine Hamburi floret, publi-  
 cam frequentare, ibique celeberrimorum, inter coelites iamiam  
 agentium, WERNERI et HACKII singulari industria solidaque  
 institutione prima Musarum limina solutare coepi. Deinde vero  
 ad perficienda illa, quae ad humanitatem et literas elegantiores  
 pertinent, studia, vlus sum praceptis magni nominis virorum  
 I. S. MÜLLERI, qui scholam regit et illustrat, et I. M. MÜL-  
 LERI, Conrectoris meritissimi. Ad altiora studia ita praeparatus  
 Albo Gymnasi nostri inelytissimi Rectore I. C. WOLFIO  
 Physi. et Poet. P. P. nomen dedi, cuius nec non I. G. RÜSCHII,  
 Math. P. P. I. V. NOELTINGI, Philos. M. et Log. Methaph.  
 et Eloqu. P. P. I. G. SCHÜTZII, S. S. Theol. D. et Histor. P. P.  
 I. WUNDERLICHII, I. V. D. et Moral. P. P. virorum meritis  
 et fama longe celeberrimorum praelectionibus, quas quisque no-  
 mine et ore publico cum applauſu profitetur, non sine fructu interfui.  
 Quibus scientiis auxiliaribus proposito fini maturescens templum  
 Themidos, quod Ienae patet, anno CIOIOCCCLXVI. adii, et  
 a viro Excell. atque Magnifico I. E. B. WIEDEBVRG, fasces  
 Academiac tunc temporis tenente, rite initiatus, in numerum  
 ciuium academicorum die XVIII Aprilis sum receptus. Quo  
 facto statim tam in Philosophia quam in Iure mihi elegi Doctores:  
 Clarissim. nimurum I. C. HENNINGIVM in doctrina moralis,  
 duce Dariesio; et b. I. RAVE, in Institutionibus iuris ciuilis,  
 ductu Heinecii; in Iure Naturae, praeante Dariesio; in iure  
 Canonico et Struui Iurisprudentia Romano-Germanica forensi,  
 nec non ex parte in enucleandis Pandectis, duce Helfeldio:  
 Cum vero hoc opere nondum finito praematura morte orbi lite-  
 rato hic vir Excell. eriperetur, Consulf. G. I. G. SALZMANN  
 partem operis reliquam mihi explanauit. Summus vero in iure  
 ciuili mihi Auctor exstitit Illuſtr. I. A. HELLFELD, cuius viri  
 optimi præclara de me merita summo honoris et pietatis cultu in  
 gratissi-

gratissimam hic revoco memoriam, semperque revocatum conser-  
 uabo. Eius doctissimis praelectionibus Pandectarum et Juris Feu-  
 dalis ex suo ipsius Compendio, nec non eiusdem institutionibus  
 Iuris Criminalis, duce Engauio, lubentissime operam nauui  
 meam. Neque minus debo Illustr. PRAESIDI, qui praestantissimis  
 literarum monumentis iam dudum immortalem sibi comparauit  
 famam, cuius Collegio disputatorio interesse, et consuetudine  
 humanitatis et sapientiae plena mihi contigit ut. Historica,  
 nempe Historiam, quam vocant vniuersalem, duce Gebauero;  
 et illam Historiae partem, quae fata sacri Romani Imperii illu-  
 strat, Perill. I. E. SCHMIDTIVM ad suum ipsius Compendium  
 docentem audiui. Ea vero, quae Illustr. KALTSCHEMIDIVS,  
 praeente Teichmeiero, de Medicina Forensi ICtis traderet ob-  
 seruanda, etiam in meos conuersus sum usus. Quod ad Juris-  
 prudentiae partem practicam attinet, in processu summorum im-  
 perii tribunalium collegio elaboratorio pratico ad ductum com-  
 pendii Pütteriani usus sum institutione Clariss. I. C. L. DE SCHEL-  
 WITZ, nec non in processu judiciali fori communis, duce P. W.  
 Schmidtii, et in collegio relatorio, praeente Knorre in  
 scholis Consult. w. e. SONNESCHMIDII vires expertus sum  
 meas. Elapso biennio anno CCCCCCLXVIII. Ienam cum Al-  
 ma Lipsiensi commutare placuit, ibique a viro Illustr. I. G. BÖH-  
 MIO die x. Maii ciuibus huius quoque Academiae adscriptus,  
 praelectiones Excell. FRANCKII in Iure Publico, duce Schmaus-  
 sio, et Illustr. E. F. HOMMELII in Iure Canonico ad suum  
 ipsius, quod sub ficto nomine Curtii Antonii Epitome iuris Ca-  
 nonici edidit Compendium, maximo cum fructu frequentauit.  
 Actiones forenses, praeente Boehmero, me docuit Consult.  
 C. H. A. BREVNING. Praecipue vero Illustr. F. G. ZOLLERO,  
 fautori meo summe venerando, operam dedi maximam, cuius  
 viri optime de me meriti doctissima institutione in Iure Crimi-  
 nali, duce Gaertnero; in Pandectis ad Gompendium Ludouicia-  
 num; in processu judiciali, ad ductum Gribneri; et in relato-  
 rio, praeente Hommelio; nec non in Examinatorio, auctore  
 Wernhero; veluti spicilegio post messem usus sum. Abso-  
 luto hunc in modum studiorum curriculo, Lipsia Ienam summos



in utroque Iure honores capessendi causa revertentem, praeter spem ac opinionem Inlytas societati Teutonicae Ienensi magnum illud et splendissimum honoris incrementum, dignitatem nimisum collegas honorarii eius societatis in me conferre placuit.

Praeacto studiorum cursu dignissimus Candidatus illustrem Iectorum ordinem adiit, ab eoque etiam atque etiam petuit, vt summorum in iure honorum obtinendorum causa ad consueta admittetur examina, in quibus se talem praefitit, vt uno ore ab inlyti ordinis Adsefforibus dignus iudicaretur. Restat, vt publice sub praefidio Viri Illustris et Excellentissimi CAROL. FRID. WALCHII Iurium Doctoris et Pand. Professoris ordinarii, Curiae Prouinc. Saxon. communis, et Iuriscons. ordinis nec non Scabin-Colleg. Adsefforis disputationem de contractu pignoratitio Hamburgenſi sustineat, cui, vt Vos, Rector Academiae Magnifice, illustrissimi sacri Romani Imperii Comites, Professores Academiae nostrae Celeberrimi, hospites atque commitentes generosissimi et nobilissimi interesse velitis, meo meique ordinis nomine obseruantissime rogo. P.P. in Academia Ienensi d. xvii. Jun.

CICICCLXVIII.







**ULB Halle**  
004 526 880

3



*SBR*







1769, 5 44  
17

PROGRAMMA  
DE  
**METROPOLI ECCLESIASTICA,**  
A QVA AD METROPOLIN POLITICAM ET  
INDE AD VRBIS LIBERTATEM  
CONCLVDI POTEST:

QVO  
PRAENOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI  
**IOANNIS IACOBI SIEVERT,**  
HAMBVRGENSIS  
SOC. IENENS. TEVTON. COLLEGAE HONORARII  
SOLEMNEM DISPV TATIONEM

DE  
**CONTRACTV PIGNORATITIO**  
HAMBVRGENSI

DIE XVII. IVNII, HABENDAM INDICIT

**JOACH. ERDMANN SCHMIDT, D.**  
IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS PROFESSOR PVBLICVS  
ORDINARIVS, ORDINIS ICTORVM ASSESSOR, CONSILIA-  
RIVS AVLICVS SAXO-VINARIENSIS,  
H. T. DECANVS.

---

IENAE  
LITTERIS STRAVSII  
B.I.G.